

De Armillis Veterum. 41

inveniri gemmas ex auro & argento velut anulos, & armillas.
In cujus fide id tantum desideramus, quod rem adeò seculis inusitatam nulla icone adumbraverit diligens alioquin Infularium Antiquitatum exactor. Magnam fanè à me iniisset gratiam, ut promptius de forma *armillarum* decernerem, conjecturis inveniènda, & paucorum umbris.

S. I V. *Armillarum Forma, Compages & Connexio.*

Enimverò quod anuli *armillis* ferè jungantur non caret mysterio, ut ad illorum formam effictæ id brachio præstent, quod digitis anuli. Nam Maximinus Brachiale in digito pro annulo. uxoris *brachiali* pro anulo utebatur. *Capitolinus.* Erat magnitudine tanta, ut octo pedes digito videretur egressus: pollice ita vasto,